



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

VI. An tres priores creationis dies sine Sole, Luna, & stellis non fuisse
decreverit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A *propter eum sustinent, id est propter eius voluntatem. Nec miram si patienter sustinent, cum sciant Dominum suum & creatorem omnium, siue que in caelo, siue que in terra sunt, suscepisse, nostri corporis fragilitatem. Deinde: Illius ergo insitantes bonitatem caelestes creatura, licet ingemiscant, quod mundi huius vanitati subiecte sint, consolantur se, in quod liberabuntur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae. Augustinus quoque libr. 2. De Genes. ad liter. & in Enchirid. ad Laurent. cap. 58. de eo, ut pote re obscura & incerta, definire se nolle quicquam declarat. Hinc ipse Origenis reprehensor Hieronymus in Eccles. 1. 6. dubitat annon sideribus animam Salomon adesse putaverit: & in Ephes. 1. 22. ne sidera quidem ipsa munda esse coram Deo, eaque Servatoris adventum formidare scribit. Vnde in Epistola 61. ad Pammach. cap. 5. de hoc agens dogmate, Non est, inquit, istius temporis contra dogma gentilium, & ex parte Platonicum scribere, ante annos ferme decem in Commentariis Ecclesiasticis, & explanatione Epistola ad Ephesios arbitror sensum animi mei prudentibus explicatum. Quae cum ipsi fuissent à Rufino objecta Invektiv. 1. crimen diluit Apolog. libr. 1. cap. 4. Quinetiam Pseudoclemens in Recognitionib. libr. 5. & R. Moses ben Maimon, animas Astris affingunt. Denique S. Thomas libr. 2. contr. Gent. cap. 70. ad fidei doctrinam pertinere negat, Astra animata dicantur, an inanima; unde affirmare licet quo numero Iustiniani anathematismos habuerit, qui affirmantem sententiam confodiunt.*

IV. *Viam Origeni ad id dogma praemonstravit Plato, qui in Timaeo caeli animam rationis esse compotem ait, eaque nihil à Deo praestantius fuisse procreatum: & in Epinomi Deos praedicat. ἡ δὲ ἀστροὶ, οὗ τὸ θεῖον τὸ πρῶτον ἐστὶν ἰσχυρὸν, ἡ δὲ ἀστροὶ ἐστὶν ἡ ἀστρονομία. Praemonstravit & Thales Ionicae sectae princeps, qui rebus universis animam tribuebat. Praemonstravit & Pythagoras qui Astra Deos esse censebat. Praemonstraverunt & Stoici, & ipse, si Plutarcho, Alexandro Arodisafo, & aliis credimus, Aristoteles. Platonis sententiam ac ipsa propemodum verba pro more suo retulit Philo, nam in libro ἀστὴρ καὶ θεονομία τὸ θεῖον ἐστὶν ἀστρονομία, & alibi, astra non animalia modo, sed mentes etiam purissimas esse asserit. In libro tamen De mundi opificio, & altero De gigantibus, ea esse vult ἡ ἀστρονομία (quam vocem usurpavit Origenes) καὶ παντὶ ἀστρονομίᾳ καὶ ἀστρονομίᾳ, quod Origeni non placuit. Huic quoque ad eam capeffendam opinionem praivit Clemens Alexandrinus in Eclogis ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. Perseveravit autem ad nostram aetatem illud de animatis sideribus placitum, defensoresque habuit viros quantivis pretij Tychonem, & Keplerum.*

V. *Augustinus libro 5. De Civit. Dei, cap. 1. eorum confutans dogma qui sine Dei voluntate discernere opinantur sidera quid agant, vel quid honorum habeamus, malorumve patiamur; haec subiungit: Quod si dicuntur stella significare potius ista quam facere, ut quasi locutio quaedam sit illa positio praecens futura, non agens (non enim mediocriter doctorem hominum (Origenem notat) fuit ista sententia) non quidem ita solent loqui Mathematici, ut verbi gratia dicant, Mars ita positus homicidam significat; sed, homicidam facit. His, inquam, Origenem designasse creditus est: nam in eo fragmento, quod è Commentariorum ipsius in Genesim Tomo 3. excerptum Eusebius Praeparationis Evangelicae libro sexto inseruit, astris futurorum inesse significationem affirmat, non etiam causam, quod faciunt Genethliaci; motum ergo iis a Deo & ordinem inditum, ut inde futurorum cognitionem Angeli hauriant; cuius quidem cognitionis adeptionem, cum vires superaret humanas, ab Angelis apostatis in homines aliqua ex parte fuisse transmissam; nullam autem libero arbitrio vim vel necessitatem hinc inferri. Praeter Augustinum haec vehementer castigant Rufinus Palaeftinus in libello De fide, & Procopius Gazaus in Gen. 1. 14. qui ab Origene, quem in aliis ad verbum fere sequitur, hac in parte discessit.*

Sane si futura multa non ab astris praenuntiari duntaxat, sed & effici dixisset Origenes, & siderum viribus corpora haec terrena variis affici modis, & ad haec illaue commoveri & inclinari, in eadem esset causa ac Apotelesmatici omnes, & hodierni Astrologiae patroni, quorum sententia, integra modo, seruetur humani libertas arbitrij, haereseos nota immunitas est. At cum significationem solum futurorum, iridem ut Synesius, non causam, astris adscripserit, illata arbitrij libertate, eo minus etiam decretis Ecclesiae advertatur illius opinio; quam manasse è Platoniorum scholis satis apparet ex Plotini Enn. 2. libr. cap. 1. & 7. & Enn. 3. libr. 1. cap. 6. quem secutus est Macrobius libr. 1. in Somn. Scip. cap. 1.

Cum in eo autem, quod diximus, fragmento, & alibi quoque, causam futurorum sideribus neutiquam inesse magno conatu Origenes probaverit, miror id ei dogma affictum: ὅτι παντὶ ἀστὴρ καὶ θεῖον τὸ πρῶτον ἐστὶν ἰσχυρὸν, quod inter alia eidem exprobrari solita decimo loco recenseret Anonymus auctor Apologiae pro Origene, apud Photium Cod. 117.

VI. Praeter superiora, illud quoque reprehendendi causa è lib. 4. ἀστρονομία recitat Iustinianus: τίς τὸν ἕνα τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἕνα τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἕνα τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἕνα τῶν οὐρανῶν. Quis mentis compos statuat primum, & secundum, & tertium.

diem, & vesperam, ac matutinum tempus sine Sole fuisse, & Luna, & stellis? Cui & illud potest ad- A
 jungi, quod libr. 6. contr. Cels. legitur, falli eos, qui vera dierum sex spatia Moysen in
 mundi narranda creatione significasse putant: quosque se in suis ad-Genesim Commen-
 tariis refellisse ait. In quo Philonem secutus est, cuius hæc verba sunt: *Ὁμοίως τὸν τῶν ἡμερῶν*
ἢ τῶν ἡμερῶν, ἢ τῶν ἡμερῶν κόσμον γὰρ ὀνομάσαι. Nempe hæc tropice intelligenda, explicandaque
 1. Allegor. censebat Origenes, ut alia pleraque, in quibus allegorico sensui nimium tribuens, nati-
 vum & literalem subvertebat. Qui quoniam error suum sibi postulat examen, verbum
 non addam.

QVÆSTIO NOXA.

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

I. Status questionis proponitur. II. Doctrina Origenis de resurrectione enucleatur. B
 III. Vtrum resurrectionem absolute sustulerit. IV. Hoc crimine purgatur. V. Vtrum cor-
 poris resurrectionem admiserit, carnis inficiatus sit. VI. In eo etiam hesitat, & multo-
 rum præterea assensu gaudet. VII. Vtrum & quomodo corpora in resurrectione mutatum
 iri existimaverit. VIII. Hic quoque Patrum aliquot consensione se tuetur. IX. An corpora
 in resurrectione spherica futura autumaverit. X. Vtrum impios affirmaverit neatiquam C
 in vitam redituros. XI. Vnde suam de resurrectione doctrinam hauserit, aperitur. XII.
 Nonnulla ad eius excusationem præter superiora colliguntur. XIII. Quo sensu dixerit pecca-
 torum causam ad corpus referri.

Hier. Epist.
 61 ad P2m.
 cap. 7.

I. **T**RANSEAMVS hinc ad famosissimam de resurrectione carnis & corporis questionem.
 Licet enim uti verbis Hieronymi, hoc argumentum adversus Origenem perfe-
 quentis. Cohæret autem illa quoque cum superioribus, nam statu animarum D
 ante hanc vitam exquisito, ipsarum quoque futura post hanc vitam fors exploranda est:
 nimirum solasne ac solitarias, an conjunctas corporibus quibus convixerunt postremum
 subituras iudicium, iisdemque deinceps adhæsuras autumaverit. Ac magnum profecto
 habermus ad quæstionis illius tractationem compendium, si huius argumenti & tituli li-
 bris ab eo conscriptis temporis diuturnitas peperisset; & quæcunque in iis olim fuerunt
 reprehensa, Veterum monumenta præ se ferrent: de se quippe ipse narrat libr. 3. *αὐτῶν*,
 cap. 10. publicatis suis De resurrectione lucubrationibus, *ὄσσηςτος* quosdam in Ecclesiastica fide,
 quasi velut stulte, & penitus insipienter de resurrectione crederet, præcipue hæreticos. Multum quoque
 prodesse ad huius argumenti illustrationem Hammonis Hadrianopolitæ libri adversus
 Origenem super ea quæstione scripti, si vel superessent illi, vel tantundem certe ex iis
 depromptum pervenisset ad nos, quantum è Methodij opere ejusdem instituti Epiphanius E
 & Photius excerptum servarunt. Verum vetustate consumitis his commentationibus, hæc
 ope destituti, partim ex Origenis dogmatum ἀλλυθία, partim ex aliorum expostulatio-
 nibus, partim ex ejus scriptis, cujusmodi ad nostram pervenerunt ætatem, quid ipsi visum
 sit pro viribus æstimemus.

II. Quod si rem primum ex doctrinæ ipsius textura spectare velimus, meminisse oportet
 accusatum fuisse eum, quod animam solam hominem constituere, post Platonem, di-
 xerit: & quod animas pro peccatis in varia corpora, sic tamquam in vincula conjectas
 tradiderit, ut supra observavimus. Ferunt præterea persuasum fuisse illi, Adamum propter
 noxam mortali fuisse corpore indutum, quo prius carebat, cum immortalis à Deo fuisset
 procreatus; pelliceasque tunicas, quas ei Deus post prævaricationem circumposuisse di-
 citur, nihil fuisse aliud quam corpora mortalia; ossa vero & carnes quas ante peccatum F
 habuisse Adamum Scriptura commemorat, carnes esse intelligibiles, & ossa intelligibilia.
 Cum igitur mortale corpus adventitium quid ac extraneum esse arbitratus sit, sequitur
 inde necessario, expurgatis peccatis, exolutisque suppliciis, liberam tandem aliquando
 animam, corporaliumque compedum pondere exoneratam resurgere. Nam si poena est
 gestare corpus, gestare certe corpus desinet anima, cum poena cessabit. Nam si poena est
 ligo, quod in scelere luellam subiit ipsa, grave illud nempe, terrenum, & carneum; non
 illud autem quicum procreata primum & à Deo formata est. Huic consuetarium est, futu-
 rum ut anima humanorum illam configurationem membrorum à se abiciat, ut pote quæ
 carni corporis propria sit; meliorem autem & perfectiorem formam suscipiat, ut quæ in
 melius mutata, & perfectiori statui reddita sit; formarum autem omnium cum perfectis-